- Adam quo modo animale corpus habuisse dicatur: & quid si non peccasset: num tale eius corpus dissolutum esset: aut si adhuc ipso peccante, per eum ligni vitæ perpetuum esset.** lib. 2. d. 19. dub. 1. & art. 2. per totum.
- Adam natura, vel gratia immortalis erat: & si immortalitas illius status, ipso non peccante, eadem per essentiam fuisset cum immortalitate gloriæ.** lib. 2. d. 19. art. 3. per totum.
- Adam quæ, & quot præcepta in statu primo a Deo habuerit.** lib. 2. d. 20. dub. 7.
- Adam quo peccati genere peccauit, veniali an mortali: si etiam peccatum eius grauissimum peccatorum fuerit, aut venia dignum: adhuc si ex ignorantia fuerit.** lib. 2. dist. 21. artic. 3. per totum. & dist. 22. art. 2. q. 1.
- Adam si stetit, num per temporum interualla in cognitione profecisset: si decipi potuisset: si etiam Deum agnouerit æque clare ac beati in patria: denique si futura, tum maxime suum lapsum, & reparationem præuiderit.** lib. 2. d. 23. dub. 4. & art. 2. per totum.
- Adam si tentationi restitisset, num meruisset.** lib. 2. d. 24. par. 1. dub. 1.
- Adam vtrum adiutorium habuerit, per quod absque omni gratia, & proficere, & tentationi resistere posset: aut si eidem dari potuerit liberum arbitriū per naturam inflexibile.** lib. 2. d. 24. par. 1. art. 1. q. 2. in fine, & art. 1. per totum.
- Adam in statu innocentie an absque dono gratiæ Deo acceptus fuisset, vel in opus meritorium exisset: si ante casum gratiam habuerit, & simul tempore, & in naturalibus, & in gratuitis conditus fuerit: si tot virtutes habuerit, vel æque ei efficacia fuerint dona gratuita ad merendum ante lapsum, sicut post lapsum: adhuc si quando peccauit, virtutes habuit.** lib. 2. d. 29. per totum.
- Adam num iure de paradiso terrestri eiectus sit, & in hunc miserimum mundum detrusus.** lib. 2. d. 29. dub. 3.
- Adæ an Lucifer maiori ingratitude peccauerit.** lib. 2. d. 29. art. 2. q. 1. ad arg.
- Adam cum Deus præciperet casurum, & hæc corpora corrupturum, quare alterum propagandi modum non adinuenerit, ne posterius eius tantum malum incurrerent, tum quo modo animabus horum potuerit ille demereri.** lib. 2. d. 32. art. 3. q. 2. ad arg.
- Adam sicut tota posteritas infici potuit, num æque, & in eo satisfacere potuerit.** lib. 2. d. 33. art. 1. q. 2.
- Adam an decuit a filio Dei assumi.** lib. 3. dist. 12. art. 1. quæst. 2.
- Adam, & Euæ ante carnalem cognitionem num verum matrimonium infuerit.** li. 4. d. 26. art. 2. q. 3. in opponendo.
- Adam si alio peccati genere peccasset, num originale ad nos transfudisset: adhuc quomodo eius peccatum ad posteros transeat, simplex scilicet an multiplex.** lib. 2. d. 33. dub. 1. & 3.
- Additio quoruplex: siue alicui addi quorupluciter contingat.** lib. 1. in Prologo. dub. 2.
- Adiectiua, quæ in diuinis de proprietatibus dicantur.** li. 1. d. 33. art. vnico. q. 2. ad arg. in fine. & q. 4. in opponendo, & in respondendo.
- Adnihilatio, vel adnihilare quid.** lib. 4. dist. 11. par. 1. art. vnico. q. 3. sparsim.
- Adoptare quid, & cuius est, tam actiue, quam passiue, & quoruplex ex adoptione affinitas oriatur.** lib. 4. dist. 42. art. 2. q. 1. in resol. & d. 13. art. 1. q. 1. ad arg.
- Adoptiuus Dei filij per quod donu gratiæ efficiamur: si per Christum tales reddamur, aut ipsius filij huiusmodi dicamur: vel si ipsemet adoptiuus Dei filius nominetur.** lib. 3. d. 10. art. 2. per totum sparsim.
- Adorare Deum quo modo debeamus.** li. 3. d. 9. dub. 1. & deinceps per totam dist. sparsim.
- Adueniens alicui, & ab eo, siue ab eius mutatione recedens, ei assistens tantum est: quo modo intelligatur.** lib. 1. d. 33. art. vnico. q. 1. ad arg.
- Aduerbia quid.** lib. 1. d. 22. art. vnico. q. 1. ad arg.
- Aduersa quare interdum Deus immittat.** li. 4. d. 4. p. 1. art. 1. q. 2. in resol. & d. 15. p. 1. dub. 2. 3. & 4.
- Adulterum esse, dupliciter: quo modo is adulter dicatur, qui cum vxore venena sterilitatis procurat.** lib. 4. d. 31. dub. 3.
- Adulter vir, an adultera vxor grauius peccet.** lib. 4. d. 35. dub. 2.
- Adulteram vxorem occidere numquid liceat: si maius peccatum sit, quam matricidium, vel matrimonium impedire valeat.** lib. 4. d. 37. art. 2. per totum.
- Adulterium quam graue scelus, & eius pœna in veteri lege.** lib. 4. d. 38. dub. 7. & 8.
- Adulterium, an stuprum maius peccatum.** lib. 4. d. 41. dub. 4.
- Adulterij culpa an in prolem transfundatur: & cur magis, quam actuale aliud parentum peccatum proli imputetur: ad hæc si iure Deus genito per adulterium animam in conceptione.** li. 2. dist. 18. art. 2. q. 3. ad arg. & dist. 33. art. 1. q. 1. ad arg. in fine.
- Aegyptiaca vasa quo modo filijs Israel asportata iusserit Deus, num scilicet ibi culpa aliqua infuerit.** li. 1. d. 47. ar. vnico. q. 4. ad arg. & lib. 4. d. 15. p. 2. art. 2. q. 1. in resol. & d. 31. art. 2. q. 1. in resol.
- Aegyptiæ obstetrices metiendo numquid mortaliter peccauerint.** lib. 3. d. 38. dub. 1.
- Agypto quo modo facta sint tenebræ ad extensionem magno Moysi, sole cursum suum adhuc perficiente.** lib. 2. d. 13. art. 1. q. 2. in resol.
- Æquale quid.** lib. 1. d. 31. p. 1. art. vnico. q. 1. ad arg.
- Æqualis, & similis, æqualitas & similitudo, dupliciter.** lib. 1. d. 31. par. 1. dub. 1. & art. vnico. quæst. 3. in resol.
- Æqualis & similis quæ relatiua.** ibid. q. 2. ad arg.
- Æqualitas, & similitudo quid importent: quo modo de Deo dicantur, positiue an priuatiue, secundum substantiam, vel secundum relationem, & an mutua relationem in Patre & Filio dicant.** lib. 1. dist. 31. par. 1. per totum.
- Æqualitas an ponenda in diuinis, & plures huiusmodi de ea considerationes.** lib. 1. d. 19. par. 1. art. vnico. q. 1. & deinceps.
- Æqualitas in quibus proprietatibus consistat in diuinis, in essentialibus, an in personalibus.** lib. 1. d. 30. par. 1. dub. 3.
- Æqualitas Patri, vnitas Filio, concordia Spiritui sancto an rite appropiata sint.** lib. & dist. eisdem. p. 2. art. 2. q. 3.
- Æqualitas vbi est, an ibidem, & diuersitas sit.** li. 1. d. 19. p. 1. art. vnico. q. 1. ad arg.
- Æqualitas miscibiliū duplex, & quæ in corpore Adæ fuerit.** li. 2. d. 17. art. 2. q. 3. in resol.
- Æquiocationis natura atque conditio, & quo modo in numerum ponat.** li. 1. d. 14. art. 1. q. 2. in resol. & d. 29. art. 1. q. 2. in resol.
- Aeris, ignisq. productionem, & distinctionem quare Scriptura non commemoret, sicut terræ aquæve productionem, & distinctionem manifestat.** lib. 2. d. 14. par. 2. dub. 1.
- Ætates mundi, & hominis quæ, & quot.** lib. 3. d. 1. dub. 1. & lib. 4. d. 40. dub. 3.
- Ætatis defectus num matrimonium sponsaliaq. impediatur.** lib. 4. d. 36. art. 2. per totum.
- Æterne rerum conditor, &c. quæ locutio.** lib. 1. d. 29. dub. 3.
- Æternitas, siue æternum quale nomen, & quid.** lib. 1. d. 9. dub. 2. & d. 31. par. 2. art. 1. q. 3. in resol.
- Æternitas, siue æternum multipliciter.** lib. 4. d. 3. p. 2. ar. 3. q. 1. ad arg.
- Æternitas, vel æternum an temporale connotet.** li. 1. d. 27. par. 2. art. vnico. q. 2. ad arg.
- Æternitas quantitas non est.** lib. 1. d. 24. art. 2. quæst. 1. ad arg.
- Æternitas de æternitate quare non dicatur.** li. 1. d. 32. dub. 1.
- Æternitas, & omnipotentia Dei an ex creaturis probari possint.** lib. 1. d. 3. par. 1. dub. 2.
- Æternitas patri, species imagini, & vsus muneris, an recte appropiata sint.** lib. eodem, d. 31. par. 2. art. 1. quæst. 3.
- Æternum essentialiter tantum in diuinis dicitur.** li. 1. d. 24. art. 1. q. 2. ad arg.
- Æternum nullum contingens est, quo modo intelligatur.** li. 1. d. 38. art. 2. q. 2. ad arg. in fine.
- Æuum, vel æternitas quid, & cuius mensura sit, & an æternorum omnium vnum æuum sit, an etiam tempus præcedat: aut si inter ipsum, & tempus media mensura cadat.** lib. 1. d. 37. par. 2. dub. 3. & lib. 2. d. 2. par. 1. art. 1. per totum sparsim.
- Affectio multipliciter.** lib. 1. d. 17. par. 2. dub. 2.
- Affectio animi quæ, & quot.** lib. 3. d. 40. & vt. art. vnico. q. 1. in apponendo, & ad arg.
- Affectus multiplex, & quo eorum mortem appetere contingat.** lib. 3. d. 17. dub. 1. & 2. & d. 29. art. vnico. q. 6. ad arg. & d. 30. ar. vnico. q. 4. in resol.
- Affectus certitudo quoruplex.** lib. 3. d. 26. art. 1. q. 5. in resol.
- Affectus purgationes quæ.** lib. 1. d. 2. dub. 1.
- Affectum nostrum ab aliquo inflammari, dupliciter.** lib. 2. d. 10. art. 2. q. 1. in resol.
- Affectus, & intellectus, siue dicas ratio, & voluntas an essentialiter differant.** lib. 2. dist. 24. par. 1. artic. 2. quæst. 1.
- Affectus operi nomen imponit, quo modo intelligatur.** lib. 2. d. 40. dub. 1.
- Affectiuus habitus quare non est oppositorum, sicut & cognitiuus.** lib. 3. d. 26. art. 2. q. 1. ad arg.
- Affirmationes in Deo quo modo incompactæ sint.** lib. 1. d. 34. ar. vnico. q. 2. ad arg.
- Affinitas in quo a consanguinitate differat, nū per omnē coitum contrahatur, si transeat in alterum, matrimoniumve impediatur, vel distimat.** lib. 4. d. 34. art. 3. q. 2. ad arg. & d. 41. per totum.
- Agar quid vere Abræ fuerit, ancilla, vxor, an concubina.**

bina. lib. 4. d. 33. dub. 5. & art. 1. q. 3. in resol.
Agens multiplex, lib. 1. d. 8. par. 1. artic. 2. q. 1. ad arg. & lib. 2. d. 1. art. 1. q. 1. & 2. ad arg. & art. 2. q. 1. ad arg. d. 7. par. 2. art. 2. q. 2. ad arg.
Agens agere ubi non est, producereq. effectum per se stantem, an nobilitatis sit. lib. 1. dist. 37. par. 1. art. 1. q. 1. ad arg.
Agens creatum regulæ dirigenti continuatum, an erret. lib. 2. d. 37. art. 1. q. 2. ad arg.
Agens ex tota potentia duplex. lib. 1. d. 43. art. vnico. q. 3. ad arg. & d. 44. art. 1. q. 2. ad arg.
Agens a proposito quare non semper secundum prædestinationem, siue electionem agere dicatur. lib. 1. d. 40. art. 3. q. 2. ad arg. in fine.
Agens per naturam, siue modus agendi per naturam, nobilior est agente, vel modo agendi per voluntatem, quo modo verificetur. lib. 1. d. 45. artic. 2. q. 1. ad arg.
Agens creatum quo modo se se habeat in rerum productione. lib. 2. d. 7. par. 2. art. 2. q. 1. ad arg. in fine.
Agens nullum præter primum est sua actio. lib. 2. d. 8. par. 1. dub. 3.
Agens, & patiens in materia communicare debent, quo modo intelligatur: ubi etiam habes, quo modo agens præstantius sit patiente. lib. 2. d. 31. art. 2. q. 1. ad arg.
Agere, & facere in quo distent. lib. 2. d. 1. par. 1. artic. 1. q. 1. ad arg.
Agere in aliquid, tripliciter. lib. 2. dist. 31. artic. 2. q. 1. ad arg.
Agere, pati, nihil idem potest, quo modo verificetur. lib. 2. d. 24. par. 1. art. 2. q. 2. ad arg.
Aggregatio in diuinis non est. li. 1. d. 2. dub. 7. & d. 24. art. 2. q. 1. in resol.
Agilitas corporis gloriosi numquid ad omnem positionis differentiam illud inclinabit. li. 4. d. 49. par. 2. art. 7. per totum.
Albedo vnde imponatur. lib. 1. d. 9. dub. 1.
Albedo est alba, falsa propositio. lib. 1. d. 33. art. vnico. q. 4. ad arg. in fine.
Albedo an sit lux incorporata. lib. 4. d. 12. par. 1. art. 1. q. 3. ad arg.
Albus est, quod est nigro impermixtius, quo modo intelligatur. lib. 1. d. 17. par. 2. art. 1. q. 2. in resol. & lib. 2. d. 27. art. 2. q. 2. in resol.
Album possibile est esse nigrum, quæ propositio. li. 1. d. 40. art. 2. q. 1. ad arg.
Albus, alba, album, an tria nomina sint. lib. 1. d. 41. art. 2. q. 2. in resol.
Aleator numquid ad restitutionem teneatur, aut si forte de eo, quod lucratus est, elemosynam fecerit, num valida ea fuerit. lib. 4. d. 15. part. 2. art. 2. q. 1. ad arg.
Alietatem, pluralitatem, discretionem, atque distinctionem cur dicamus in diuinis: minime vero diuersitatem, multipliciter, diuisionem, & separationem. li. 1. d. 24. dub. 1.
Alimenti quidquam an opere generatiuæ, nutritiuæq. vis in veritatem humanæ naturæ transeat: ad hæc si substantia, vel accidens sit. lib. 2. dist. 30. artic. 3. per totum, & lib. 4. dist. 12. par. 1. artic. 2. quæst. 1. in opponendo.
Aliquid esse, & nihil esse, an medium admittant. li. 1. d. 7. dub. 3.
Aliquid est nunc immortale, quæ propositio. lib. 2. d. 19. art. 2. q. 1. in resol.
Alius, alia, aliud, quam distinctionem importat: in quo differat ab Alter, altera, alterum, & an locum habeat in diuinis. lib. 1. d. 4. dub. 1. & 9. & art. 1. q. 1. per totum, & d. 5. dub. 3. art. 2. q. 1. in opponendo, & d. 9. dub. 1.
Alius & alius, an plus importet, quàm maior, & minor. lib. 1. d. 16. dub. 2.
Amicitia quid. lib. 1. dist. 18. & vlt. artic. 2. q. 2.

in opponendo.
Amittere, verbum, in his, quæ subito amittuntur, quid ponat. lib. 2. d. 29. dub. 1.
Amor multiplex. lib. 1. d. 2. art. 2. q. 4. in resol. d. 17. p. 1. dub. 1. & art. 1. q. 2. in resol. & li. 3. d. 29. dub. 4. & d. 30. art. vnico. q. 4. in resol.
Amor in Deum duplex. li. 3. d. 40. & vlt. art. vnico. q. 1. ad arg.
Amor dupliciter, & an cum notitia, & mente ordinè, æqualitatem, & consubstantialitatem habeat, ducatq. in cognitionem Trinitatis personarum in diuinis. lib. 1. d. 3. par. 2. art. 2. q. 2. & 3. per totum.
Amor omnis vis vnitua, & nexus quidam est. lib. 1. d. 10. dub. 4. & art. 2. q. 2. in resol.
Amor, dilectio, & charitas, an differant. lib. & dist. eisdem. dub. 1.
Amor, pondus, & ordo est. lib. 1. d. 3. par. 2. art. 1. q. 3. in resol.
Amor respectum dicit. lib. 1. d. 10. art. 2. q. 1. ad arg.
Amor an Spiritus sancti proprium sit. ibid.
Amor Dei ad creaturas, & an eisdem ille fruatur. li. 1. d. 1. art. 3. q. 2. ad arg.
Amor mutuus an purus, & gratuitus. lib. 1. d. 10. art. 1. q. 3. ad arg.
Amori gratuito duo insunt. lib. 1. dist. 6. artic. 1. q. 1. in fine.
Amor donum, & Spiritus sanctus quo modo eandem notionem, & emanationem dicant. li. 1. d. 18. art. 1. q. 5. ad arg.
Amor omnis creaturæ, aut per modum fruitionis, aut per modum usus est, quo modo verificetur. lib. 2. d. 42. art. 2. q. 1. ad arg.
Amor quo principium est omnium affectionum. li. 3. d. 26. art. 2. q. 3. ad arg.
Amor est copula amantis cum amato, quo modo intelligendum. li. 3. d. 32. artic. 1. q. 1. ad arg.
Analogia duplex. lib. 1. d. 7. art. vnico. q. 4. in fine.
Analogatio quo modo ponat in numerum. li. 1. d. 14. art. 1. q. 2. in resol.
Analogum quid. lib. 1. d. 29. art. 1. q. 2. ad arg.
Angelus quid, quidve ordo angelicus, & eius diuisiones; nomina, ac munera. lib. 2. d. 9. in prænotandis, & art. vnico. q. 4. ad arg.
Angelus quo modo loqui dicatur, siue quo modo locutio ei approprietur. lib. 1. d. 9. dub. 7.
Angelus num localiter sine corpore moueri possit: si dum mouetur, per medium moueatur: aut si dum medium pertransit, motu subito, vel successiuo pertransit. lib. 1. d. 37. par. 2. art. 2. per totum.
Angelus an propriam mensuram habeat, diuersam a tempore. lib. 2. d. 2. par. 1. art. 1. q. 1.
Angelus an præstantior homine sit: an etiam specie ab anima differat. lib. 2. d. 1. par. 2. art. 2. q. 2. & art. 3. per totum.
Angelus an cælum exeat. lib. 2. dist. 3. p. 2. art. 2. q. 1. ad arg. in fine.
Angelus an in loco corporali sit, an simul, & semel in pluribus locis esse possit: an in loco punctuali, vel partibili: an plures in eodem loco esse possint. ibid.
Angelus quo modo simplex dicatur, & num alter altero simplicior sit, tum quæ, & quot eius attributa. lib. 2. d. 3. par. 1. dub. 1. & 2.
Angelus num ex materia, & forma creatus sit: & an ex materia numquid eadem cum materia corporali. lib. dist. & par. allegatis, art. 1. q. 1. & deinceps huiusmodi plura.
Angeli hominisq. multiplicatio ad quid, siue quæ eius ratio finalis: ad hæc si mera personalis discretio inter Angelos sit, & qualis ea sit: accidentalis, scilicet vel substantialis: & num a parte principij formalis, aut materialis. lib. 2. dist. 3. par. 1. artic. 2. per totum sparsim.
Angeli triplicem naturalem cognitionem habuit. lib. & dist. allegatis, par. 2. d. 3.

Ange-

Angelus numquid malus a Deo creatus sit: & an statim creatus, illico peccauerit. lib. 2. d. 3. p. 2. art. 1. per totum.
Angelus an per species innatas, vel acquisitas Deum cognoscat: an etiam Deum in se absque adminiculo, vel medio videat. lib. dist. & par. eisdem artic. 2. per totum.
Angelus numquid Deum propter se, & super omnia naturali dilectione diligit: ad hæc superior Angelus quem magis diligit, inferiorem angelum, vel parem. lib. dist. & par. allegatis, art. 3. per totum.
Angeli qui ceciderunt, an vnquam beati fuerint, quod est, an in gloria, gratia, & beatitudine creati fuerint. lib. 2. d. 4. dub. 1. & art. 1. per totum.
Angeli matutina, vespertinaq. cognitio quid: an in primordio suæ creationis matutinam cognitionem habuerint: aut vespertinam nunc habeant: an boni futuram glorificationem, & mali deiectionem, casumve præsciuerint. lib. 2. d. 4. art. 1. & 3. per totum.
Angolorum malorum minorum peccatum quale, nū scilicet peccato superbiæ, & ipsi cum Lucifero peccauerint: si qua eorum peccatum ad illius peccatum ordinem habeat. Ad hæc bonorum angelorum ad Deum conuersio virtute naturæ, an auxilio gratia fuerit: an etiam in huiusmodi conuersione meritum præmierit. lib. 2. d. 5. art. 2. & 3. per totum.
Angolorum qui ceciderunt, num in infernum simul omnes ceciderint. lib. 2. d. 6. art. 2. q. 1.
Angeli tum boni, tum mali an creatores dici possint: an etiam formam naturalem in esse educere queant. lib. 2. dist. 7. par. 2. dub. 3. & dist. 8. par. 1. art. 2. q. 1. in resol.
Angeli an habeant corpora sibi vnita, vel aliunde illa sibi assumant, & secundum quam vim, aut de qua natura, cælesti scilicet, vel elementari: adhæc si veram humanorum corporum formam habeant: an etiam in illis vna cum demonibus operationes vegetatiuæ sensitiuæq. exerceant, puta comedere, vel generare. lib. 2. d. 8. par. 1. per totum sparsim.
Angeli an iuxta maiorem naturalium capacitates maiora a Deo gratuita recipiant: num omnes eiusdem speciei sint: an natura aut gratia in ordines distincti sint, quot huiusmodi ordines numerentur, & a quo quisque denominetur: tum si ij, qui eiusdem ordinis sunt, æquales omnes sint: demum si isthæc eorum prælatio post vniuersale iudicium perseuerabit. lib. 2. d. 9. fere per totum.
Angeli angelos an mittant: tum si solum ipsi, vel etiam demones ad nos a Deo mittantur: & an ab eo officio denominentur, ad quod mittuntur. Item an omnes mittantur: ad quid mittantur num ad accendendum affectum, & ad illuminandum intellectum. lib. 2. d. 10. dub. 1. 2. & 3. & art. 1. & 2.
Angelis quo modo debeatur locus. lib. & d. allegatis, art. 1. q. 1. ad arg. in fine.
Angolorum actus, qui, quot, & penes quid accipiantur: tum maxime quare lumina dicantur. lib. 2. d. 10. art. 2. q. 2. ad arg.
Angolorum locutio an idem sit quod eorum cognitio: an eadem locutio & ab eis & a Deo esse possit: adhæc si sicut ipsis ex parte Dei loqui competat, ita etiam & in persona Dei adorari conueniat. lib. 2. d. 10. art. 3. per totum.
Angeli cur ad hominum custodiam deputati sint, & quid si homo stetit, num scilicet isthæc eorum custodia opus foret. si Christum custodierunt: si quos obstinatos esse animaduertent, custodire definant: si quidquam aut emolumentum aut detrimentum eis adueniat vel ex salute, vel ex damnatione eorum quos custodiendos suscipere: quinimmo ubi præcitos quosdam agnouerint, numquid illos saluari velint: demum quando custodire incipiunt; & qui effectus huiusce eorum custodiæ. lib.

2. d. 11. per totum sparsim.
Angolorum duplex cognitio: & an in aliqua earum proficiant. lib. 2. d. 11. dub. 2.
Angolorum duplex accidentale præmium. lib. 2. d. 11. art. 2. q. 3. ad arg. in fine.
Angolorum creatio numquid exprimitur in scripturis. lib. 2. d. 13. art. 1. q. 1. ad arg.
Angolorum voluntas numquid vertibilis. lib. 2. d. 14. par. 2. art. 3. q. 2. ad arg.
Angeli quo modo nescire dicantur, qua ratione proprietates in diuinis hypostasim determinent, & nõ essentiam. lib. 2. d. 33. dub. 3.
Angeli an cognouerint mysterium incarnationis: & num decuit eosdem illud annunciasse: quique illud idem annunciauit, de quorum ordine fuerit. lib. 3. d. 2. dub. 4.
Angeli, siue angelica natura an assumi debuerit a verbo potius quàm humana. lib. 3. dist. 2. artic. 1. quæst. 2. per totum.
Angeli tripliciter res primitus cognouere. lib. 3. d. 14. art. 3. q. 1. in opponendo.
Angeli an proximus noster censendi sint. lib. 3. d. 28. dub. 4.
Angeli superioris ordinis quo modo inferiores purgare dicantur. lib. 4. d. 5. art. 3. q. 1. ad arg.
Angeli an omnia norunt, vel interdum quidquã addiscant: & quo modo petitiones nostras Deo afferre dicantur. lib. 4. d. 45. dub. 7. & 9.
Angeli numquid iudicabunt, vel iudicabuntur: & nū post latam sententiam in iudicio vniuersali damnatos ipsi ad tormenta deducunt. lib. 4. d. 47. dub. 2. & art. 1. q. 2. & 4.
Anima, essentia, mens, & vita in homine idem sunt. lib. 1. d. 3. par. 2. dub. 2.
Anima quo modo simillima Deo sit. ibid. dub. 4. & li. 2. d. 26. art. vnico. q. 3. ad arg.
Anima an idem in essentia sit quod suæ potentiæ, tum si iure plures potentiæ eius sint: aut si vna tantum esset, num potentior illa foret. lib. 1. d. 3. par. 2. art. 1. q. 3. per totum: & lib. 2. d. 24. par. 1. art. 1. q. 2.
Anima quotupliciter cognoscatur: adhæc si seipsam ipsa cognoscat, diligit, memineatq. lib. 1. d. 3. par. 1. art. 1. q. 4. ad arg. & lib. 3. d. 14. art. 1. q. 1. ad arg. & d. 28. dub. 2.
Animæ quæcumque essentialiter insunt, num certitudinaliter cognoscantur. lib. 3. d. 23. dub. 4.
Animæ solus Deus illabitur. lib. 1. d. 1. art. 3. q. 2. in resol.
Animæ appetitus quotuplex. ibid. ad arg. & li. 2. d. 31. art. 2. q. 2. in resol.
Anima simplex, an composita sit. lib. 1. d. 8. p. 2. dub. 2. & li. 2. d. 17. art. 1. q. 2.
Anima an sit tota in toto corpore, & tota in qualibet illius parte. lib. 1. d. 8. art. 1. q. 3. & d. 37. par. 1. art. 2. q. 1. in resol.
Anima intellectiua num omnia intelligat, etiam separata: & an vt talis persona dici possit. lib. 1. d. 19. par. 1. dub. 8. & lib. 3. d. 5. art. 2. q. 3. & li. 4. d. 50. par. 2. art. 1. q. 1. & 2.
Anima quare & quo modo corpori vniatur, in eoq. operationes suas exerceat: quo modo pariter ad illius vnionem inclinatur: adhæc si huiusmodi vnibilitas, siue aptitudo ad vniendum accidentalis vel substantialis sit. li. 2. d. 1. par. 2. dub. 3. & art. 1. q. 2. ad arg. & d. 8. par. 1. art. 3. q. 2. in resol. & par. 2. art. vnico. q. 1. & lib. 3. d. 5. art. 2. q. 3. in resol. & lib. 4. d. 43. art. 1. per totum, tum maxime q. 5.
Anima in quo ab angelo differat quo ad esse in loco. lib. 2. d. 2. par. 2. art. 2. q. 3. ad arg.
Anima & demon quo modo in eodem corpore inhabitare possint. ibid. q. 4. ad arg. in fine.
Anima quo modo omnia est. li. 2. d. 7. par. 2. art. 1. q. 3. ad arg.
Animam cuius est illuminare. lib. 2. d. 10. art. 2. q. 2.

Animæ

Anima brutorum ex nihilo, vel ex aliquo producta sunt. lib. 2. d. 15. art. 1. q. 1.
Anima primi hominis num de Dei substantia producta sit, num de materia, vel si ante, aut post corpus. lib. 2. d. 17. art. 1. per totum.
Anima numquid vna in omnibus hominibus sit, vel singulae singulis hominibus: si autem plures, num vna, vel diuersae substantiae sint: si simul omnes productae sint, aut si extraduce. lib. 2. d. 18. art. 2. per totum & lib. 2. d. 3. art. 1. q. 1.
Anima quo modo comparatur, condoleatq. corpori: & an immortalis sit. lib. 2. d. 19. art. 1. per totum.
Anima an a tempore alterationem patitur. li. 2. d. 20. dub. 6.
Anima potentiae quotuplices, & quotupliciter. lib. 2. d. 24. par. 1. art. 2. q. 3. in resol.
Anima quo modo nullius partis corporis actus dicatur. lib. 2. d. 25. par. 2. ar. vnico. q. 6. ad arg.
Anima quo modo Dei imago sit. lib. 2. d. 26. ar. vnico. q. 4. ad arg.
Anima sensibilis quo modo sit in potentia materiae: num in hominibus a generante sit: aut si cum anima rationali eiusdem substantiae sit. lib. 2. d. 3. art. 1. q. 1.
Anima numquid a carne infici possit. lib. 2. d. 3. art. 2. q. 1.
Anima quoad bonitatem & malitiam qualis a Deo facta sit. lib. 2. d. 32. dub. 5.
Anima pares an impares nobilitate & praestantia sint a creatione. lib. 2. d. 31. dub. 6.
Anima animae an demereatur: tum si iure Deus corporibus fœde ab Adam propagatis animas infundat. lib. 2. d. 32. art. 3. q. 2.
Anima passiones multiplices: adhuc si poena tantum, vel poena & culpa simul. lib. 2. d. 36. art. 1. q. 2.
Anima quidquid inest, vel est potentia, vel passio, vel habitus. Item, anima est sicut tabula &c. quid est dictu. lib. 2. d. 38. art. 2. q. 2. ad arg. & d. 39. ar. 1. q. 2. in fine.
Anima media est inter Deum & creaturam. li. 2. d. 42. art. 2. q. 1. in resol.
Anima quo modo ex vnione ad carnem inficiatur. lib. 3. d. 2. dub. 2.
Anima duplex passibilitas, impassibilitasq. an etiam a rebus corporeis pati possit. lib. 3. dist. 18. dub. 1. & lib. 4. dist. 44. par. 2. art. 3. q. 2. per totum.
Anima quo modo dicatur viuificari, sanari, & renouari, & quo modo eiusdem Deus vita sit. lib. 4. d. 17. par. 1. dub. 3. & 4.
Anima diuersis motibus simul non mouetur, quo modo intelligatur. lib. 4. d. 17. p. 1. art. 2. q. 2. ad arg.
Anima, prout ad exterius comparatur, triplex potentia. lib. 4. dist. 23. art. 2. q. 3. in resol.
Anima quo modo & perfectio, & motor sit. lib. 4. d. 44. p. 1. art. 1. q. 2. ad arg.
Animabus beatis quo modo ex resumptione corporis gaudium augeatur. lib. 4. d. 45. dub. 1.
Anima priscorum Patrum quo ante Christi aduentum tendebant cum e corporibus soluebantur: quo nunc post eiusdem aduentum: si interdum ab ijs receptaculis exeant. lib. 4. d. 45. art. 1. per totum.
Anima quare corporibus exuta, mereri nequeant. li. 4. d. 49. par. 1. art. vnico. q. 3. ad arg.
Anima prius viuuit, quam suae potentiae, quo modo verificetur, tum quo modo a Philosopho dicatur esse sicut tabula rasa in qua nihil est depictum. lib. 2. d. 39. ar. 1. q. 2. ad arg. in fine. & lib. 4. d. 49. p. 1. art. vnico. q. 2. 3. & 4. ad arg.
Anima quotupliciter in corpus influat. lib. 4. d. 49. p. 2. art. 2. q. 1. in resol.
Animale vnde deriuetur. lib. 2. d. 19. dub. 1.
Animal quidquam esse, dupliciter. li. 2. d. 8. par. 1. ar. 1. q. 1. ad arg.

Animalium corpora multiplicia. li. d. & par. eisdem. ar. 2. q. 1. in resol.
Animalium eorundem corpora num ex omnibus elementis compacta sint: an etiam ex actiuis elementis magis, quam ex passiuis. lib. 2. dist. 15. ar. 1. q. 2. & 3.
Animalia aliter in statu innocentiae, aliter in statu naturae lapsae ad hominem ordinata sunt. li. 2. art. 22. q. 1. in resol.
Animalia & plantae ad quid producta, num scilicet ad ornatum vniuersi, & ad Dei laudem: & quotuplex eorum motus. lib. 2. d. 15. dub. 1. & 2. & lib. 4. d. 48. art. 2. q. 4.
Animalia postquam Deus produxit, an ab omni opere quiescerent. lib. 2. d. 15. art. 2. q. 3.
Animal prius generatur quam homo, ex sententia Philosophi. 2. de Gener. Animalium cap. 3. quo modo intelligatur. lib. 2. d. 31. art. 1. q. 1. ad arg.
Animal omne sibi simile diligit, quo modo verificetur. lib. 4. d. 40. art. 3. q. 2. ad arg.
Annihilare creaturam quid possit. lib. 2. d. 37. art. 1. q. 2. ad arg.
Annus numquid recte ad diuina transferatur. lib. 1. d. 19. par. 1. dub. 4.
Antichristum mendacia signa operaturum, quo modo dicat Apostolus. li. 2. d. 7. par. 2. ar. 2. ad arg. an & ipse Angelum custodem habiturus sit. lib. eodem d. 11. art. 2. q. 1. in resol.
Annulum virginibus velandis imponere, ad quem pertineat. lib. 4. d. 20. par. 2. dub. 6.
Apostolis quare magis quam Sanctis alijs tribuat Euangelium iudicariam potestatem mundi, & quid dictum est, iudicantes duodecim tribus Israel. lib. 4. d. 47. art. 1. q. 1.
Apparere, dupliciter. lib. 1. d. 16. artic. vnico, quaest. 1. ad arg.
Apparitiones, locutionesq. sensibiles Dei an semper per Angelum medium fiant. lib. 2. d. 10. artic. 3. q. 2. ad arg. in fine.
Appetere, & appetenda quotuplicia, & quotupliciter. lib. 2. d. 22. dub. 3. & 4. & d. 35. art. 2. q. 1. in resol.
Appetere vnumquodque quod sibi magis conueniens est, quo modo intelligatur. lib. 4. d. 49. par. 2. art. 7. q. 2. ad arg.
Appetitus multiplex. lib. 2. d. 31. art. 2. q. 2. in resol. & d. 38. art. 2. q. 1. in resol.
Appetitus ex quot, & quibus integretur: tum quotuplex bonum is sit. lib. 4. d. 49. par. 1. artic. vnico. q. 2. ad arg. & par. 2. art. 1. q. 1. ad arg.
Appetitus, & dilectio in quo distent. lib. 2. d. 7. par. 1. art. 1. q. 2. ad arg. in fine.
Appetitus primorum parentum, Adae scilicet, & Heuae an in idem concurrerint, ita vt ambo idem appetisse dici possint. lib. 2. d. 22. art. 1. q. 2.
Appetitus naturalis, & appetitus deliberatiuus vna & eadem potentia, vel plures, & diuersae sint. lib. 2. d. 24. par. 1. art. 2. q. 3. in resol.
Approbatio Dei, an quidquam vltra eius cognitionem dicat. lib. 1. d. 36. dub. 3.
Appropriatio an locum habeat in diuinis, & num appropriatum prius proprio sit. lib. 1. d. 34. art. vnico. q. 3. ad arg.
Appropriationes quo modo interdum in scripturis sacris fiant. lib. 3. dist. 4. artic. 1. q. 1. in resol. in fine.
Aptitudo naturalis an perficiatur per gratiam. lib. 4. d. 48. art. 2. q. 2. ad arg.
Apud, praepositio quid notet. lib. 1. d. 37. par. 1. dub. 2.
Aquae proprietates complures: an supra firmamentum aquae sint, & cuius naturae atque conditionis: vnde etiam caelum aqueum dicatur: an sit isthoc caelum, & cuius conditionis. Ex lib. 2. d. 14. sparsim tum maxime ex par. 1. dub. 1. & 2. & art. 1. q. 1. & ex par. 2. art. 1. q. 3.
Aqua omnis num baptismi sacramento apta sit: aut si

ex baptismi institutione aliqua vis ei collata sit: tum a quo baptismalis huiusce aquae sanctificatio sit. lib. 4. d. 3. par. 2. dub. 2. & art. 1. quaest. 2. & dist. 6. par. 1. dub. 3.
Aqua non benedicta aquae benedictae apposita an illius benedictionem soluat, ita de aqua in calice, & vino non consecrato: tum qualis & quanta aqua calici admiscenda, quando, & ad quid: & an idem efficeretur, si in dolio admisceretur: aut quid si obliuione, vel ex industria non apponeretur. Ad haec si in consecratione in vinum conuertatur, vel semper ratione aquae teneat. Quid item significauit illa, quae de Christi latere effluxit, & huiusmodi quam plures de ea considerationes, puta si gutta aquae amphorae vini admisceatur, mixtio dici possit, &c. ex lib. 4. d. 11. sparsim, tum maxime in dubijs litteralibus, & dist. 12. par. 1. art. 2. q. 2. ad arg.
Aqua, siue per aquam cur facta est prima mundi purgatio: cur item secunda per ignem facienda. lib. 4. d. 47. ar. 2. q. 1. ad arg.
Arbiter quis dicatur. lib. 2. d. 25. par. 1. dub. 3.
Arbitrij libertas quotupliciter dicatur, si etiam vniuocae, vel aequiuocae dicatur de libertate a culpa, a miseria, & a coactione. li. 2. d. 3. p. 1. dub. 3. & d. 25. par. 2. in dubijs litteralibus.
Arbor mala quo modo bonos fructus facere non potest. lib. 2. d. 41. dub. 2.
Archangeli vox in iudicio vniuersali quid. li. 4. d. 43. dub. 2.
Archidiaconus quare dicatur princeps ministerij, & quare Subdiacono ampullam aquae, manile, &c. tradat in eius ordinatione. lib. 4. d. 24. par. 2. dub. 2. & art. 1. q. 4. ad arg.
Archiepiscopus quo modo ab Episcopo benedici possit. lib. 4. d. 25. art. 1. q. 1. ad arg.
Arduum dupliciter, & circa quid consistat. li. 3. d. 35. art. vnico. q. 5. in resol.
Aristotelis insufficiens circa continuam & successiuam rerum generationem: suorumq. sectatorum fallax sententia de principijs & aeternitate mundi. li. 2. d. 1. dub. 2. & 2. & d. 20. art. vnico. q. 1. ad arg.
Artij perfidiosa haeresis. li. 1. d. 9. dub. 3. & deinceps. & d. 13. dub. 6.
Ar duplex, & an quod creatur ab arte sit. lib. 2. d. 16. dub. 4.
Ars Patris quo modo Verbum diuinum dicatur. Ad haec quo modo verbum in diuinis proprium dicatur, ars vero appropriatum. lib. 1. distinct. 31. par. 2. dub. 5.
Articulus fidei quid, quotuplex, quotupliciter, vnde dicatur, an in eis sufficienter fides exprimat, an etiam omnes nunc explicite credere teneamur, &c. li. 3. d. 24. art. 3. per totum, & d. 25. art. 1. quaest. 1. & 3. & dist. 37. ar. 1. quaest. 3. in resol. & lib. 4. dist. 16. par. 2. dub. 2.
Articuli Parisiis condemnati tempore Guillelmi Episcopi Parisiensis, Odonis Cancellarij, & Alexandri de Ales. lib. 2. d. 23. artic. 2. q. 3. in fine.
Artificis cuiusque duplex finis. lib. 2. d. 11. artic. 2. q. 3. ad arg. in fine.
Ascendere, & praecipue ad Deum, dupliciter. li. 1. d. 3. par. 1. artic. 1. quaest. 2. ad arg. & lib. 3. distinct. 22. dub. 4.
Assimilari, assimilatioq. multiplex, & multipliciter. lib. 3. d. 2. art. 1. q. 1. ad arg. & lib. 4. d. 6. par. 1. artic. vnico. q. 2. ad arg.
Assumere quid, & an sit actus conueniens naturae diuinae, & personae: an personae conueniat ratione naturae, aut si conuenire possit naturae ab omni persona abstractae. lib. 3. d. 1. artic. 1. q. 3. in resol. & d. 5. art. 1. fere per totum.
Assumere in quo ab vnire differat. lib. d. & ar. eisdem. q. 1. in resol.
Assumptio quid dicat, & an valeat: Assumptio vbi

est, ibi & vnio est. lib. 2. d. 8. par. 1. art. 1. q. 1. ad arg. & li. 3. d. 5. art. 1. per totum.
Astra, caeliq. num animata sint. lib. 2. dist. 14. par. 2. dub. 3.
Astronomi quo modo futura praedicant. li. 2. d. 7. p. 2. art. 1. q. 3. ad arg. & d. 14. par. 2. art. 2. q. 3. in opponendo, & respondendo.
Athanasij pueri ludice baptizantis censura. lib. 4. d. 6. par. 2. dub. 4.
Attritio quid, an contritio fiat, vel iustificationem impij praecedat. lib. 4. d. 17. par. 1. art. 2. q. 3. & par. 2. art. 2. q. 4. in resol.
Auaritia quid, & quale peccatum, spirituale scilicet, an carnale, vel medium inter vtrumque. lib. 2. d. dist. 5. art. 1. q. 1. in opponendo, & dist. 22. art. 1. q. 1. in resol.
Audire, videreq. Deum tripliciter possumus. lib. 2. d. 10. art. 3. q. 2. in resol.
Auerfio, auertiq. tum maxime a Deo, quid. li. 2. d. 5. dub. 1. & d. 42. ar. 2. q. 1. in resol.
Auerfio, & conuersio numquid oppositae peccatorum differentiae sint, & quid, & quotupliciter. li. 2. d. 42. art. 3. q. 2. & an vnus atque idem motus. lib. 3. d. 26. art. 2. q. 1. ad arg. in fine.
Augendi plures modi, & quo eorum gratia auergeri mereatur. lib. 2. d. 27. art. 2. q. 2. in resol.
Augmentum quotupliciter fieri contingat, & a quibus terminum, statumve habeat. lib. 1. d. 17. par. 2. art. 1. q. 1. & 2. in fine. & q. 4. in resol.
Aurea, & aureola quid, & quibus debeantur. lib. 2. d. 40. art. 2. q. 1. & 3. ad arg. & lib. 4. d. 24. par. 2. dub. 1. & d. 33. art. 2. q. 3. in resol.
Auctor proprie qui dicatur. li. 1. in Prologo. quaest. 4. in resol.
Auctor, & innascibilis, siue auctoritas, & innascibilitas an eandem notionem dicant. lib. 1. distinct. 13. dub. 3.
Auctor quare in diuinis Pater dicatur. lib. 1. d. 27. p. 1. art. vnico. q. 2. in resol.
Auctoritas, & subauctoritas in diuinis quid, & quo modo inibi ponantur. li. 1. d. 9. dub. 4. & d. 20. ar. 1. q. 2. in fine. & d. 25. dub. 3.
Auctoritas Ecclesiae numquid in poenam atque culpam se extendat. lib. 4. distinct. 18. par. 1. artic. 2. per totum.
Azimo, vel in fermentato Christus confecerit. li. 4. d. 11. par. 2. art. 2. q. 1.

B

BALIAM aliter, aliter David prophetiam habere. lib. 4. d. 18. par. 2. dub. 3.
Balneum quid. lib. 4. d. 3. par. 1. art. 1. q. 1. in resol.
Baptizo quale verbum, & numquid sit de necessitate formae baptismi. lib. 4. d. 2. par. 1. art. 4. q. 1. in resol. & art. 2. q. 1.
Baptismus quotuplex, & quotupliciter. li. 4. d. 4. par. 2. art. 1. q. 3. ad arg. & d. 27. art. 2. q. 1. in resol.
Baptismus quid, & quibus integretur. lib. 4. d. 3. par. 1. dub. 1. 2. & 3. & art. 1. quaest. 1. & dist. 5. artic. 1. q. 2. in resol.
Baptismus aqua, an intinctio in aqua sit, & numquid vt integer sit, requiratur fides siue professio alicuius peculiaris articuli fidei. lib. 4. d. 3. par. 1. artic. 1. q. 1. & 3.
Baptismus an merito in aqua institutus sit, & an ex eius institutione aliqua vis illi collata sit. lib. 4. d. 3. p. 2. art. 1. q. 1. & 2.
Baptismi aquae sanctificatio a quo sit: an etiam baptizandus immergi, vel tantum aspergi debeat, & quotiens, & quid huiusmodi immerfiones significant. lib. 4. dist. 1. par. 2. artic. 2. quaest. 2. ad arg. & dist. 3.

d. 3. par. 1. dub. 2. & par. 2. art. 2. per totum, & dist. 6. par. 1. dub. 3. & d. 9. art. 1. q. 3. ad arg.

Baptismus cuius fidem exigit, tum maxime in paruulis. lib. 4. d. 4. par. 1. dub. 2. & d. 5. art. 1. q. 2. ad arg. an etiam infidelitate aliqua auferatur. lib. eod. d. 6. par. 2. dub. 2.

Baptismus sacramentum, quare a Magistro sacramenta pluraliter dicatur. lib. 4. d. 4. par. 2. dub. 3.

Baptismi sacramentum quando institutum. lib. 4. d. 3. par. 2. art. 1. q. 1. ad arg.

Baptismi, Eucharistiæq. sacramentum cur magis quam alia sacramenta per se, & ex se Christus instituerit. li. 4. d. 8. par. 1. dub. 4.

Baptismus quare a ministro non denominetur, vt dicatur baptismus Matthæi, vel Marci, sicut Euangelium: sed tantum Christi baptismus dicitur. li. 4. d. 2. art. 2. q. 1. ad arg.

Baptismalis potestas, quam Christus ministris dare potuit, nec dedit, quæ fuerit: tum quotuplex sit huiusmodi potestas. lib. 4. d. 5. art. 3. q. 1.

Baptismi conferendi tempus a primitiua Ecclesia obseruatum. lib. 4. d. 4. par. 2. dub. 2. & distinct. 6. par. 2. dub. 5.

Baptismi forma si varietur, an baptismi collatio impediatur: Ad hæc si sufficiat vnus tantum diuinarum personarum exprimi. li. 4. d. 3. par. 1. dub. 6. artic. 2. quæst. 2.

Baptismus si quis in nomine Christi susceperit, an baptizatus vere sit. lib. 1. dist. 3. par. 1. dub. 4. & lib. 4. dist. 3. par. 1. artic. 2. q. 2. ad arg. An item in nomine genitoris. lib. 1. dist. 27. par. 1. artic. vnico. quæst. 1. ad arg.

Baptismo an baptizandi intentio necessario exigatur: intentio (inquam) recta, & quid si baptizandus baptizari intendat, baptizans vero nequaquam baptizare intelligat. lib. 4. d. 6. par. 2. art. 2. q. 1. & deinceps per totum.

Baptismi solemnitate, quæ concernant. li. 4. d. 6. p. 2. art. 3. q. 2. ad arg.

Baptismi sacramenti res quæ, & quot. lib. 4. d. 4. par. 1. art. 1. q. 3. in resol.

Baptismi sacramentum cur inter omnia sacramenta præambulum habuerit, scilicet baptismum Ioannis. lib. 4. d. 2. dub. 3.

Baptismus cur actus figuralis esse non possit, sicut & decimatio. lib. 3. distinct. 3. par. 2. artic. 1. quæst. 1. ad arg.

Baptismus quare figuram sanctificantem in veteri lege habuerit. lib. 4. d. 8. par. 1. art. 1. q. 1. ad arg.

Baptismus cuius legis sacramentum sit. lib. 4. d. 24. p. 1. art. 2. q. 3. in resol.

Baptismus quid signet. lib. 4. dist. 11. par. 2. art. 1. q. 2. ad arg.

Baptismus an quidquam paruulo signet. li. 4. d. 1. p. 1. artic. vnico. q. 2. ad arg. Tum si in eo æque paruulis omnibus gratia conferatur: aut etiam præter gratiam, & virtutum habitus inibi illis infundantur. li. eod. dist. 4. par. 2. art. 2. per totum. Ad hæc si in veteris matrum baptizari possint: an pariter qui in illis sanctificati sunt, baptizari indigeant. lib. eod. dist. 6. par. 2. art. 1. per totum.

Baptismus ad quæ obligat paruulū, & quare per aliū: tum si illa obligatio valida dicatur. lib. 4. d. 36. art. 2. q. 2. ad arg.

Baptismus sacramentū inter omnia sacramenta, quàm maxime efficax atque necessarium. lib. 4. d. 3. par. 2. artic. 1. q. 1. in resol. & d. 4. par. 1. art. 1. q. 1. & par. 2. art. 1. q. 1. ad arg. in fine. & d. 5. artic. 1. q. 1. in resol. Item, quo modo in eo magis quam in pœnitentiæ sacramento influat Christi passio. lib. 3. d. 20. artic. vnico. q. 4. ad arg.

Baptismus in quo maiorem efficaciam habeat, in eo qui plus peccauit, an in eo qui minus. lib. 4. d. 4. par. 1. art. 1. q. 1. & 3. ad arg.

Baptismus quale remedium, quam pœnam remittat, & contra quid proprie sit. lib. 4. d. 2. artic. 1. q. 3. ad arg. & d. 4. par. 1. art. 1. q. 1. in resol. & ad arg. & par. 2. dub. 7. & art. 3. q. 1. ad arg. in fine.

Baptismus an deleat originale, & quo ad culpam, & quo ad causam. lib. 2. d. 32. ar. 1. per totum.

Baptismus quare omnino fomitem non auferat, nec ab omni defectu liberet per originale peccatum. contractum. li. 4. d. 4. par. 1. art. 2. q. 2. ad arg. & d. 14. p. 2. art. 2. q. 2. ad arg.

Baptismus quo modo vniuersa delere dicatur. lib. 4. d. 39. dub. 5. in fine.

Baptismi & confirmationis gratia in quo distent. lib. 4. d. 7. art. 2. q. 1. 2. & 3. sparfim.

Baptismus suscipientium multiplex differentia. lib. 4. d. 9. art. 1. q. 1. ad arg.

Baptismus qui suscipere teneantur. li. 4. d. 3. par. 2. art. 3. q. 1. ad arg. in fine.

Baptismus suscepturus an prius pœnitentiæ sacramentum suscipere teneatur. lib. 4. d. 16. par. 2. art. 1. q. 2.

Baptismus qui digne suscipiunt, an æque omnes eius efficaciam participent, & quæ sit isthæc eius efficacia. lib. 4. d. 4. par. 1. per totum.

Baptismus quæ fictio impediatur. lib. 4. d. 4. par. 1. art. 2. q. 1. & d. 6. par. 2. art. 2. q. 1. ad arg. Tum si pro baptizato habendus sit, qui timore mortis baptizari consenserit. lib. 4. d. 23. art. vnico. q. 1. ad arg. Ad hæc in quo maior requiratur assensus in baptismo, an in matrimonio. lib. 4. d. 4. par. 1. art. 2. q. 1. ad arg.

Beati numquid aliquando cælum, vel paradysum egrediuntur. lib. 4. d. 41. art. 1. q. 3.

Bene esse melius est, quàm esse. li. 3. d. 34. par. 1. art. 1. q. 3. in resol.

Bestiæ vnde dicantur. lib. 2. d. 15. dub. 2. Si etiam punitio nis, remunerationisq. capaces sint. lib. 2. d. 19. art. 1. q. 2. ad arg.

Bethsamitæ cur percussi. li. 4. d. 9. art. 2. q. 2. ad arg.

Bigamia naturali, diuinoq. iuri contraria est. lib. 4. d. 39. art. 2. q. 4. ad arg.

Bigamus quis dicatur. lib. 4. d. 27. dub. 6. & d. 39. art. 1. q. vlt.

Bigamus an ad sacros ordines suscipiendos admittatur. lib. 4. d. 25. art. 2. q. 3. & dist. 42. artic. 3. quæst. 1. ad arg.

Binario numero quare magis quàm alio numero diuisio significetur. li. 2. d. 14. p. 1. dub. 3.

Bis, aduerbium quid notet. lib. 3. d. 8. art. 2. q. 1.

Blasphemia, spiritusq. blasphemie in quo distent, & quæ blasphemia peccatum in Spiritum sanctum dicatur. lib. 2. distinct. 43. dub. 2. & lib. 4. dist. 15. par. 1. dub. 6.

Bona non quia facimus, boni sumus: sed quia boni sumus, bona facimus: fecus autem de malis est. lib. 2. d. 4. art. 2. q. 3. ad arg.

Bona qui plura fecerit, num maiorem gloriam habebit. ibid.

Bona matrimonij quæ, & quot: tum quo modo diuinis personis appropriantur. li. 4. d. 28. dub. 3.

Bona, malaq. quo modo in iudicio patebunt. lib. 4. d. 43. art. 3. sparfim.

Bonitas diuina cur acclametur causa, & esse, & bene esse nostri, non autem potentia, vel sapientia. lib. 1. distinct. 1. dub. 12. sed clarius in lib. 2. dist. 1. par. 2. dub. 1.

Bonitas duplex in creatura. lib. 2. d. 1. par. 2. dub. 2.

Bonitas naturæ quo modo ad gratiam disponat. lib. 4. d. 4. par. 2. art. 2. q. 3. ad arg.

Bonitas, & potentia quare non dicuntur conditiones operis diuini, sicut misericordia, & veritas. li. 4. d. 46. art. 2. q. 1. ad arg.

Bonitas & malitia, siue bonū, & malum an essentielles differentie sint, ex æquo, & immediate diuidentes actionē deliberatiuam, ita vt dare non sit actionem

mediam, quæ scilicet neque bona, neque mala sit, sed media. lib. 2. d. 41. art. 1. per totum, tum maxime quæst. 1.

Bonitas, & malitia, quam vim siue potentiam respiciant. lib. 2. d. 39. art. 1. q. 1. ad arg.

Bonorum plura genera, & quæ sit ratio nominis cuiusque. lib. 1. d. 18. art. 1. q. 1. in resol. & ad arg. & lib. 2. d. 26. art. vnico. q. 3. ad arg. & d. 27. dub. 2. & d. 36. dub. 5. & d. 41. art. 1. q. 1. in resol.

Bonum triplex in creaturis. li. 2. d. 37. artic. 2. quæst. 2. in resol.

Bonum multipliciter, & numquid summum bonum in tribus illis, potentia scilicet, sapientia, & bonitate consistat. li. 1. d. 34. dub. 6. & li. 4. d. 18. p. 2. dub. 4.

Bonum honestum, dupliciter. lib. 1. dist. 1. artic. 3. q. 2. ad arg.

Bonum participatiue, dupliciter. li. 1. d. 17. par. 1. art. 1. q. 1. ad arg.

Bonum integrum multipliciter, & an idem sit bonū integrum, quod bonum summum: aut si creatum quiddam bonum integrum dici possit: tum in quo vtrumque reperiri habeat. li. 2. d. 34. dub. 3.

Bonum maius, dupliciter dicitur. lib. 2. d. 40. art. 2. q. 1. in resol.

Bonum additum bono maius bonum facit, quo modo intelligatur. lib. 2. d. 38. art. 1. q. 3. ad arg. Idem de bono iterato. lib. 4. d. 42. art. 3. q. 3. ad arg.

Bonum quo modo est sui ipsius diffusiuum. li. 2. d. 10. art. 2. q. 1. ad arg. & lib. 3. d. 2. art. 1. q. 3. ad arg. Ad hæc quo modo intelligendum sit illud: Bonū summum summe se diffundit. lib. 1. d. 44. art. 1. q. 2. ad arg.

Bonum omnino, impermixtum malo datur: sed minime datur malum, quod omnino bono impermixtum sit. li. 3. d. 22. dub. 1.

Bonum & malum quo modo opponantur. lib. 2. d. 41. art. 1. q. 1. in resol. & d. 42. art. 3. q. 1. in opponendo, & numquid maiori bono maius malum opponatur. lib. 3. d. 36. art. vnico. q. 5. ad arg.

Bonum potentius est malo, quo modo intelligatur. li. 2. d. 28. art. 2. q. 2. ad arg.

Bonum, & malum circa actiones quid dicant. lib. 2. d. 41. art. 1. q. 1. ad arg.

Bonum vtrum malum insequatur. lib. 2. d. 30. art. 1. q. 2. ad arg.

Bonum malum dicentes, & malum bonum, quàm grauius peccent. lib. 2. d. 34. dub. 4.

Bonum, & malum in genere vnde sic dicantur: & quo modo intelligatur id: Bonum & malum non sunt in genere: sed ipsa sunt genera. lib. 2. d. 41. art. 1. q. 1. in opponendo, & q. 2. ad arg. in fine.

Bonum quo modo vno modo est, malum vero multifariam. lib. 2. d. 38. art. 1. q. 3. ad arg.

Bonum de quolibet malo quo modo Deus eliciat. lib. 4. d. 14. par. 2. art. 2. q. 1. ad arg. in fine.

Bonum ad quam causam comparisonem dicat. lib. 1. d. 8. par. 1. art. 1. q. 1. ad arg.

Bonū quo modo lux, & pulchritudo animæ dicatur. lib. 4. d. 18. par. 2. dub. 4.

Bonum primum an dare sit. li. 2. d. 34. art. 1. q. 1. ad arg. & quo modo bono summo vniamur. li. 1. d. 1. du. 4.

Bonum, & verum conuertuntur, quo modo intelligatur. lib. 1. d. 46. art. vnico. q. 1. ad arg. An essentialiter differant. li. 2. d. 24. par. 1. art. 2. q. 1. ad arg. sparfim. Et quo modo sui diffusiuia sint. lib. eod. dist. 7. par. 2. art. 1. q. 1. ad arg.

Bonum, verumq. natura hominibus appetibilia. lib. 2. d. 28. art. 2. q. 1. ad arg. & d. 39. dub. 3.

Bonum, & pulchrum quo modo idem. lib. 1. d. 31. p. 2. art. 1. q. 3. ad arg.

Bonum quo modo de voluntate, & quo modo de actione dicatur. lib. 2. d. 41. art. 1. q. 1. ad arg.

Bonum proprium bono proximi numquid ex charitatis lege præponendum. lib. 3. d. 29. artic. vnico. quæst. 3.

Bonum natura, iustum actum respicit. lib. 4. dist. 46. art. 2. q. 1. ad arg.

Bonum supererogationis, & malum, & non malū pro opposito habere potest. lib. 1. d. 45. art. 3. q. 2. ad arg. Ad hæc si mediocribus, vel maximis bonis continget male vti. lib. 2. d. 39. art. 2. q. 3. ad arg. in fine. lib. 4. d. 9. art. 2. q. 2. ad arg.

Brutorum animalium animæ ex nihilo, vel ex aliquo productæ sint. lib. 2. d. 15. art. 1. q. 1.

C

CALIX multipliciter sumitur in Scripturis sacris, & quo modo sumatur in forma consecrationis vini in Sacramento altaris. li. 4. d. 8. par. 2. art. 1. q. 2. ad arg.

Calor, humorq. dupliciter. lib. 2. d. 13. artic. 2. quæst. 1. in resol.

Calor quotupliciter augeri possit. lib. 2. d. 17. par. 2. art. vnico. q. 4. in fine.

Calor vtrum corporibus inest. lib. 2. dist. 17. art. 2. q. 2. ad arg.

Caloris quæ sit sufficiens causa: & cur non omnes planetæ calefaciant. lib. 2. d. 14. par. 2. artic. 2. quæst. 2. ad arg.

Calor vitalis cur in corporibus glorificatis nec consumat, nec pabulo indigeat. lib. 4. d. 49. par. 2. art. 4. q. 1. ad arg. in fine.

Cambium quid. lib. 4. d. 44. par. 1. art. 1. q. 1. in resol.

Canonum pœnitentiæ pro peccatis. lib. 4. dist. 20. p. 2. dub. 3.

Cantor, & Psalmista idem. lib. 4. d. 24. par. 2. quæst. 2. in resol.

Capilli, vngues, & huiusmodi numquid cum corporibus resurgent. lib. 4. distinct. 44. par. 1. artic. 1. per totum.

Capitis proprietates, & quare, aut quo modo Christus caput Ecclesiæ dicatur. li. 1. d. 31. par. 2. dub. 9. li. 3. d. 1. art. 2. q. 2. ad arg. & d. 13. art. 2. q. 1. in resol.

Caput, vel cor generalius influit. lib. 3. d. 13. art. 2. q. 3. ad arg.

Cardinales virtutes vnde sic dicantur, & an alia nomina habeant. lib. 3. d. 33. dub. 5. an ponendæ sint, & quæ & quot: tum vnde sint, ex dono Dei, vel ab assuetudine: an item in patria euacuabuntur. ibid. Demū in quo a Theologicis virtutibus differant. lib. 3. d. 9. art. 2. q. 3. sparfim.

Carnalia vitia minoris culpæ, sed maioris infamiæ. li. 4. d. 35. dub. 2.

Carnalis commixtio an de integritate matrimonij sit. li. 4. d. 26. art. 2. q. 3.

Caro, carnaleq. multipliciter. lib. 2. d. 1. par. 1. art. 2. q. 1. ad arg. & d. 20. art. vnico. q. 1. ad arg. & d. 32. art. 2. q. 1. in resol.

Caro duplex in homine. lib. 2. distinct. 30. artic. 3. q. 2. in resol.

Caro an tentet: si eadem sit eius tentatio cum tentatione diaboli, & quæ harum tentationum immatior. lib. 2. d. 21. art. 2. per totum.

Caro numquid animam inficere possit. lib. 2. d. 31. art. 2. q. 1. Et vnde ipsamet inficiatur, ex propagatione tantum, vel ex propagatione, & libidine simul. lib. 1. art. 2. & d. eisdem. q. 3.

Caro corrupta, siue carnis corruptio, quæ peccati originalis causa est, pœna an culpa sit. ibidem. dub. 1. quare sacrorum ordinum susceptionem impediatur in viro, & in muliere consecrationem. lib. 4. d. 25. art. 2. q. 2. ad arg.

Caro est carni propinquior, quo modo intelligendū. lib. 3. d. 3. par. 1. dub. 3.

Caro est anima, caro est animata, prima falsa, secunda vera propositio est. lib. 3. d. 7. art. 1. q. 1. ad arg.

Caro secundum speciem quid: tum cum in duobus hominibus caro fuerit, cum quo resurget, cum pri-

mo, vel cum secundo. lib. 4. d. 44. par. 1. art. 2. q. 1.
 Castitas duplex, virginialis scilicet, & coniugalis, & an altera alteri præferatur. lib. 4. d. 26. art. 1. q. 2. in opponendo, & in respondendo, & d. 33. dub. 3.
 Castitas quanta in religionum votis voueatur. li. 2. d. vlt. art. vlt. q. vlt. in fine.
 Castus quis vere dicatur. lib. 3. d. 26. artic. 1. quæst. 2. ad arg.
 Casu, vel fortuna num quidquam in vniuerso fiat. li. 1. d. 45. dub. 4.
 Casualia in quantum casualia an a Deo sint. li. 2. d. 37. art. 2. q. 2.
 Casus prædicitur, sed non reuelatur. lib. 1. distin. 38. dub. 4.
 Catechismus exorcismus, vel exorcismus catechismus præcedat, & ad quid vterque sit. li. 4. d. 6. p. 2. dub. 7. & art. 3. per totum.
 Cataphrigæ, hæretici. lib. 4. dist. 25. artic. 2. q. 1. in resol.
 Cati oculus qua dispositione dispositus. li. 2. d. 24. p. 1. art. 2. q. 4. ad arg.
 Causa multiplex. li. 3. d. 1. dub. 1. & quo modo valeat id: Remota causa, remouetur & effectus. li. 2. d. 32. art. 1. q. 2. ad arg. & lib. 4. d. 4. par. 1. art. 1. q. 2. ad arg. & d. 22. ar. 1. q. 1. ad arg. Et quo modo valeat e contra, Posita causa, ponitur effectus. li. 4. d. 4. par. 1. art. 2. q. 2. in opponendo.
